

qui hunc panem corpus Christi sui, & hunc calicem sanguinem Christi officium. At nomen panis, & vini substantiam utriusque significat, ergo &c.

XXIII. Retorqueri potest hæc obiectio. Virga Moysis conversa in serpentem non erat amplius virga, & tamen Exod. 7. appellatur virga. Aqua in nuptiis Canæ mutata in vinum, non erat amplius aqua, & tamen, Joan. 2. v. 9. ait: Et cum gustasset Achieritellum aquam vinum factam. Homo non est terra, & pulvis; & tamen, Gen. 3. dicitur Pulvis; & Terra vocatur, &c.

Respondetur ergo, propter multiplicem rationem: Eucharistiam post consecrationem panem, & vinum dici. Primo, quia ex pane, & vino facta est. Mox autem est Sic. Scripturatum, res ex aliis factas eam, ex quibus factæ sunt, rerum nominibus appellare, ut in illatis exemplis vidimus. Secundo: Quia post consecrationem, esse non manet substantia panis, & vini, remanent tamen eorumdem accidentia, seu species: id autem, quod speciem alterius habet, solent in Scripturis illud dici. Sic tres Angeli visi ab Abraham dicitur Viri, Genesi 18. vers. 2. Angelus qui loquebatur cum Jacob vocatur Vir, Genesi 32. vers. 24. Et tamen Angeli viri non sunt, sed solum appellationem viri, & speciem habebant.

Tertio: quia post consecrationem eadem vis in illis speciebus adest, quæ adest in pane, & vino, cum nutriant, & alant: in Scripturis autem unum dicitur aliud, quando habet virtutem alterius. Sic Marina, Exod. 16. v. 15. dicitur panis, iste est panis. Non quod esset panis, sed quod panis haberet saporem, & vim nutriendi, ut panis. Adde: res consecravit a nobis appellari, non ut in se sunt; sed ut nobis, ac nostris sensibus apparent. Sic Lunam luminare majus respectu stellarum dicimus: quia licet non sit omnibus stellis mole majus, tamen nostris sensibus sese offert. Cum ergo panis, & vini consecrati speciebus nostris sensibus obiciantur, & erga illos gerant quicquid faceret substantia panis, & vini: eas vocare possumus nomine panis, & vini. Et in hoc sensu eas Patres vocant panem: cum tamen, ut vidimus, panis substantiam in corpus Christi transiisse credebant. Unde Irenæus ibi, ex quo Verbum esse verum Dei Filium incarnatum Apollinarista negarent; arguit, eos verum Sacrificium non habere.

XXIV. Secundo Obijciunt, Gelasius Papa, l. de Duabus naturis in Christo, expresse dicit, panis, & vini substantiam in Eucharistia remanere: Et tamen (inquit) esse non desinit substantia, vel natura panis, & vini. Theodoretus, Dialogo 1. quem inscripsit Impassibilis, de pane, & vino hæc ait: Manent enim in priore substantia, & figura, & forma, & videri, tanquam possunt, sicut prius.

Baronius, ad ann. 496. probabile existimat, Opuſculum de duabus in Christo naturis, quod nunc habemus, non esse Gelasii Patris scriptum. Tum quia, ex Gennadio, l. de Script. Eccl. c. 1. ita opus, quod Gelasius Papa adomavit contra Euticheum, ingens erat volumen; & ut ait Anastasius Bibliothecarius, quinque libros compledebatur; & opus autem, de quo agitur, perbreve est, ac exiguum, & unius libri periodo terminatur. Potius creditur esse opus, cuiusdam alterius Gelasii, Cyclici dicti, Cæsare in Palæstina Episcopi, cuius Photasius in sui Bibliotheca meminit, qui ad Nicænam I. Synodum, seu verius, historiam conscripsit. Hic enim scripsisse se ait: cum Eutichiani, a quibus fuerat exagatus, tempore Basilicæ Imperatoris inaleverent.

XXV. Dato tamen, illud opusculum esse Gelasii Papæ, qui seculo quinto Romæ præfuit Ecclesiæ; dici potest cum eodem Baronio, Gelasium intellexisse nomine substantia id, quod aliquibus abhinc seculis nomine specierum, aut accidentium intelligitur. Nam eodem libro de pane Eucharistico loquens ait; quod in divinum transiit, Sancto Spiritu percipiente substantiam, permanente tamen in sua proprietate natura: que verificatur manentibus panis, & vini proprietatibus, etiam si eorum substantia in divinam Christi transeat. Sat enim erat Gelasio Eutichianis ostendere; quod sicut Eucharistia constat duabus rebus, corpore scilicet Christi, & accidentibus, seu proprietatibus panis: ita & in Incarnatione duo sunt, divina scilicet, ac humana natura realiter distinctæ.

Idem respondeo ad locum ex Theodoro. Nam is non quæcumque naturam, & substantiam panis asserit remanere, sed eam tantum, quæ videri, tanquam possit: hæc autem est natura accidentalis panis, seu species, quas nos fatemur; nam hæc sola videri possunt, & tangi. Impugnant ergo cum Gelasio tum Theodoretus Eutichianis contententes, in Christo post unionem naturarum, distinctionem non remansisse; ut ergo probarent in Christo, post unionem, duas naturas, seu duas res remansisse; satis ipse fuit asserere exemplum Eucharistia: in qua post consecrationem manent due res, & nature distinctæ, realiter distinctæ, nempe, accidentia panis, & vini in propria natura accidentis, & corpus, & sanguis Christi, hoc enim nomen essentia, seu usque indifferenter significat naturam, sive substantiam, sive accidentem.

XXVI. Tertio obijciunt. Non est majus signum alicujus substantia, quam accidentia, quæ videntur, & palpantur: unde Christus volens probare, se post resurrectionem esse verum hominem, & non phantasma, dixit, Lucæ 24. vers. 39. Palpatæ, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet: sed in Eucharistia experimur omnibus sensibus accidentia panis, & vini, ergo ibi est etiam vera utriusque substantia, alius argumentum Christi non probaret.

XXVII. Respondeo primo; retorquendo argumentum dupliciter. Non enim est majus signum personæ humanæ, quam omnibus sensibus experiri humanæ nature operationes; sicut

enim accidentia indicant subiectum, sic natura, & operationes indicant personam; sed omnes sensus experiebantur in Christo humanam naturam, & operationes, ergo in Christo erat persona humana. Negabat certe consequentiam Lutherus. Deinde Angeli, qui antiquis Patriarchis apparuerunt, omnibus sensibus ostendebant se esse homines; & tamen in substantia homines non erant, sed Angeli. Distinguitur itaque per se, & naturaliter loquendo, conc. maj. Per accidens, & supernaturaliter, neg. maj. Neque hoc infirmat argumentum Christi ex sensibus probantis, se esse hominem. Nam præter testimonium sensuum adest testimonium Christi confirmantis verum esse, quod sensus ostendebat. At in Eucharistia dum demonstrantur accidentia panis dicit: Hoc est corpus meum, attestatur potius contrarium ejus, quod: Hoc est corpus meum.

XXVIII. Dices. Licet unum, vel alter sensus in uno, vel altero desipi possint, non tamen omnes, & in omnibus; quia sensus ad hoc dati sunt a Deo, ut nos certificent de rerum existentia: atqui omnes sensus in omnibus desiperent, si in Eucharistia non esset substantia panis, quam ostendunt; ergo &c.

Respondetur, nego min. Ut enim ait S. Th. Sermon de Corporo Christi: sensus non desipiunt, qui de accidentibus iudicant sibi merito. Cum ergo facta consecratione remaneat vera accidentia panis, & vini, que sensum revera eodem modo movent, & causant in anima eandem sensationem, ac si eorum substantia remaneret: in hoc sensus externi motu, in hac animæ perceptione nulla deceptio est, quia revera obiectum illius adest, ut prius. Sed error esset, si anima ex illo sensuum motu, ex illa animæ perceptione iudicaret, substantiam panis, & vini vere ibi esse, quemadmodum de aliis rebus iudicat. Quia Christus dicens: Hoc est corpus meum fideles movuit, saltem implicite, ne ex illo sensuum testimonio, aut illa animæ perceptione sensibus inferrent, panem, & vinum in Eucharistia remanere. Quod enim Patres explicite monuerunt, hoc sciens (inquit) Cyrillus Jerosol. Catechet. Mylag. 4.) & pro certissimo tenens, panem hunc, qui a nobis videtur, non esse panem, etiam si gustus panem esse sentiat. Quod si quis testimonium sensuum magis, quam Christi sequi vellet, erraret, non sensu, sed intellectu. Sicut quando Maria vidit Christum, & putavit eum esse Hortulanum: deceptio fuit in mente non in oculo, qui vere figuram Hortulanum videbat. Ex quo fit, Deum fideles non inducere in errorem: quia eodem tempore, quo sensibus ostendit accidentia panis, monet mentem per fidem, ne inferat, ibi esse substantiam panis: sed hoc est falsum; ergo &c.

XXIX. Quarto obijciunt. Ad verificanda verba consecrationis, si substantia panis debet transubstantiari in corpus Christi, debent etiam accidentia illius transaccidentiari in accidentia corporis Christi: alias si hæc remaneret, cum, dicens: Hoc est corpus meum, ly hoc supponat pro accidentibus, fieret sensus, quod hoc accidens, puta, hoc album, est corpus meum: sed hoc est falsum; ergo &c.

Respondetur, nego maj. Ut enim patet sensibus, facta consecratione accidentia remanent. Ad probat. autem dico, quod ly hoc non supponit pro accidentibus, sed pro substantia subtilis contenta. Siquæ diceret: Hoc est corpus meum, non est idem ac diceret: Hoc album est corpus meum; sed: hoc demonstrato illo, quod est sub illis accidentibus, est corpus meum.

XXX. Quinto obijciunt. Bene potest diversum de diverso prædicari sine transubstantiatione; ergo &c. Ant. præs. primo: cum dicitur de Christo: Homo est Deus; nulla fit transubstantiatio hominis in Deum. Secundo: ex eo, quod Christus, Jo. 6. dixerit: Ego sum panis; non inferatur, quod Christus conversus fuerit in panem; ergo ex eo, quod panis fuerit conversus in corpus Christi — Tertio: si facta consecratione manentibus accidentibus, substantia panis, & vini illis spoliaretur, & in alium locum transerretur, veram etiam esset, id, quod est sub accidentibus, non esse panem, & vinum, sed esse corpus, & sanguinem Christi; ergo ex veritate verborum inferatur tantum, substantiam panis, & vini non remanere sub accidentibus, non vero transmutari in corpus, & sanguinem Christi.

XXXI. Respondeo, dist. ant. Si pro eodem supponant, conc. ant. Si pro eodem non supponant, neg. ant. Hinc ad primum dico, verissimam esse hanc propositionem: Homo seu hic, demonstrato Christo, est Deus. Quia licet humanitas non transubstantiatur in Deum, ut volebat Eutichius: at tamen tam ly Homo, quam ly Deus pro eadem persona supponunt, & accipiunt. At in hac propositione: Hoc, demonstrato pane, est corpus meum, extrema pro diversis supponuntur: nam ly Hoc supponeret pro supposito panis, ly Corpus meum pro supposito Christi; & ideo propositio verificari non potest.

Ad secundum dico, ideo ex eo, quod Christus dixerit: Ego sum panis vivus, non inferatur, quod fuerit conversus in panem; quia addendo ly vivus, manifeste significatur, se loqui de pane metaphoricò, & se esse cibum, & panem pure spirituale. Ad dicendo: Hoc est corpus meum, & addendo, quod pro vobis tradetur, ostendit, se loqui in sensu proprio, ut supra vidimus.

Ad tertium, omisso ant. dist. conf. Inferatur tantum illatione formali, & immediata, transeat conf. illatione tantum mediata, & materiali, nego conf. Illud inferatur illatione formali, & immediata ex veritate verborum, sine quo verba non possunt esse vera: illud autem inferatur illatione tantum materiali, & mediata, sine quo verba quidem possent absolute esse vera; sed ut essent vera, debent fieri nova miracula præter naturæ ordinem, sicut in casu. Nam ut substantia panis,

Varia circa Modum, quo Christus est in hoc Sacramento.

§. I.

An unum Christus sit in hoc Sacramento?

I. Dico cum S. Thoma, 3. part. quest. 76. art. 2. Necessè omnino est confiteri secundum fidem Catholicam, quod totus Christus sit in hoc sacramento; Sciendum tamen est (inquit Sanctus Doctor) quod aliquid est in hoc sacramento dupliciter. Uno modo quæ ex vi sacramenti; alio modo ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti est sub speciebus huius sacramenti id, in quod directe convertitur substantia panis, & vini præexistens. In id autem per se, & directe convertitur substantia panis, & vini, quod exprimitur per verba forme, que sunt effectiva in hoc sacramento. Cumque per hæc verba: Hoc est corpus meum, directe significetur corpus; ideo ex vi horum verborum formaliter ponitur Christi: cumque per hæc verba, Hic est sanguis meus, directe significetur sanguis; ideo ex vi horum formaliter ponitur sub speciebus sanguinis.

Ex naturali autem concomitantia est in hoc sacramento illud, quod realiter est conjunctum ei, in quod prædicta convertitur terminatur. Si enim aliqua duo sunt realiter conjuncta, ubiqueque est unum realiter, oportet, & aliud esse. Sola enim operatione anima discernuntur, que realiter sunt conjuncta. Cum ergo corpus Christi ita sit unum anima, sanguini, ac divinitati, ut exigat ea habere corpus, ubiqueque; & similiter sanguis Christi ita unatur corpori, ut exigat corpus habere ubiqueque sit; ideo ubi est corpus, ibi est per concomitantiam sanguis, & viceversa.

II. Explicatur hoc. Corpus Christi post resurrectionem in nullo loco est sine anima, & sanguine; nam, Rom. 5. vers. 9. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, aliquoquin corpus Christi esset exanime, & exanguis; ergo neque in Eucharistia est sine anima, & sanguine. Cum autem corpus Christi subsistat per substantiam Verbi; ubi est corpus Christi, & anima, ibi est substantia Verbi, & consequenter divinitas, que cum divinitate idem est. Sicque, anima, substantia Verbi, divinitas, tota Trinitas speciali quodam modo Christum in Eucharistia concomitantur.

III. Hujus Catholice doctrine testem habemus Tridentinum, Sess. 13. c. 3. dicens: Semper hæc Ales in Ecclesiâ Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem sub panis, & vini specie una cum ipsius anima, & divinitate existere: sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum, ipsam autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantia, qua partes Christi Domini, qui jam mortuis resurrexit non amplius moriturus, inter se copulantur: divinitatem porro præter administrationem ipsam ejus cum corpore, & anima hypostaticam unione. Et Caro, si quis negaverit in sanctissima Eucharistia sacramentum contineri vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem una cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, Anathema sit.

IV. Ex his cum S. Thoma inferatur, art. 2. reletæ quæ 76. sub qualibet specie sacramenti esse totum Christum: Alteramen. & aliter. Nam sub speciebus panis, est quidem corpus Christi ex vi sacramenti; sanguis autem ex realitatem concomitantia, sicut supra dictum est. Sub speciebus vero vini, est quidem sanguis Christi, ex vi sacramenti; corpus autem Christi ex realitatem concomitantia, sicut anima, & divinitas; eo quod unum sanguis Christi non est ab ejus corpore separatus, sicut fuit tempore passionis, & mortis. Unde si tunc fuisset hoc sacramentum celebratum, sub speciebus panis fuisset corpus Christi sine sanguine; & sub speciebus vini sanguis sine corpore, sicut erat in rei veritate.

V. Ut autem bene penetraret, quid sit esse in sacramento ex vi sacramenti, & ex vi verborum; quid vero sit esse per se solum concomitantiam, dico; illud ex vi sacramenti, & ex vi verborum in sacramento esse, quod formaliter significatur per verba; ita ut eo ipso, quod in sacramento, & sub speciebus non esset, verba falsificarentur. Sic quia verba: Hoc est corpus meum, significant, sub speciebus panis esse corpus; ita ut si corpus sub illis non esset, verba illa essent falsa: ideo, ex vi illorum verborum ponitur sub illis speciebus corpus.

Et idem dic de illis verbis; Hic est sanguis meus. Id vero solum per concomitantiam est in sacramento, quod formaliter non significatur per verba esse in sacramento; sed solum ponitur, quia est connexus cum eo, & comitaratur illud, quod verba significant. Sic quia corpus significatur per verba: Hoc est corpus meum, comitantur sanguis, anima, & divinitas; hæc omnia ponuntur per concomitantiam. Et quia sanguinem significatur per verba: Hic est sanguis meus, comitantur corpus, anima, divinitas; hæc pariter per concomitantiam veniunt in consecratione sanguinis. Quare si sanguis, & anima non essent unita corpori Christi, ut in triduo mortis, vere diceretur; Hoc est corpus meum; & tamen ibi non esset sanguis, & anima. Sicut & vere diceretur: Hic est sanguis meus; & tamen ibi non esset corpus, & anima: quia pro illo tempore nec sanguis, & anima unita essent corpori, nec corpus sanguini; tum illo triduo essent a corpore sanguis & anima separata.

VI. Adverti etiam debet: quod, ut verificetur, postea uno debere per concomitantiam poni etiam alterum, non sufficit, ut sit unum cum illo; nam anima est unita corpori in homi-

& vini, suis spoliata accidentibus, deferretur in alium locum, & conservaretur in rerum natura; deberet fieri novum miraculum defendendi instantem motu locali panis, & vini substantiam; & rursus conservandi utraque substantiam sine suis accidentibus, præter illud conservandi accidentia sine suis substantiis; ergo ex veritate verborum inferatur potius Patres supra laudati, substantiam panis, & vini transmutari in corpus, & sanguinem Christi.

XXXII. Sexto obijciunt variis difficultatibus in hac conversatione. Primo: Explicari non potest, quid fiat de pane, & vino, qui in Christi corpus, & sanguinem convertuntur: non enim alio transferuntur, ut nuper diximus, neque annihilantur. Secundo: Explicari non potest, quæ actione corpus Christi producatur: an physica, an morali tantum, an actione adductiva, an productiva. Tertio: Non constat, an transubstantiatio fiat in instanti, an successiva.

XXXIII. Respondetur, optime enodari posse prædictas difficultates. Ad primam enim conque, substantiam panis, & vini non alio transferri, neque annihilari. Tum quia: aliquid panis, & vini remanet, nempe, accidentia utriusque; quod est contra annihilationem, qua totum debet redigi in nihilum. Tum quia: actio, qua substantia panis, & vini definit, non habet nihilum pro termino, sed corpus, & sanguinem Christi. Vide S. Th. 3. p. q. 75. art. 3. Respondetur ergo S. Th. citato, art. 4. totam substantiam panis, & vini transmutari in corpus, & sanguinem Christi. Dico totam: non enim sicut in generationibus naturalibus fit sola conversio forme, remanente materia, & subiecto transmutationis: sed tota substantia, ideo, tam materia, quam forma panis, & vini transmutantur in corpus, & sanguinem Christi. Licet autem virtute agentis finiti non possit fieri, ut tota substantia unius convertatur in totam substantiam alterius; sed soluta ut diversæ forme sibi in eodem subiecto succedat: virtute tamen agentis infiniti, quod habet actionem in totum esse, fieri potest, ut tota entitas unius convertatur in totam entitatem alterius: Et hoc agit (ait S. Thom. citatus) divinus virtute in hoc sacramento. Nam tota substantia panis convertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia vini in totam substantiam sanguinis Christi. Unde hæc conversio non est formalis, sed substantialis; nec consistit inter species motus naturalis, sed proprio nomine potest dici transubstantiatio.

XXXIV. Ad secundum variis omnis solutionibus, dico, actionem conversivam panis in corpus Christi esse ex sua natura productivam corporis Christi: sed cum inveniat illud jam productum, de facto non producere ipsum absolute, sed cum addito, idest, sub novo modo essendi sacramentali. Ad eum modum, quo actio conservativa ex sua natura esset vel creativa; sed quia rem jam creatam invenit, & postquam in esse, ideo in esse tantum conservat. Ita Ambrosium sensibile colligimus, lib. 4. de Sacram. c. 5. dum ait: Ante verba Christi calix est vinus, & aqua plenus. Ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui globum redimit.

XXXV. Ad tertium dico: transubstantiationem unico momento perigi, eo nimirum, quo ultima syllaba prolatio desinit. Sicut enim eo momento, quo horum verborum: Ecce Accipite, Domini, hæc mihi secundum verbum sumo, prolatio desinit, quo motus sanguinis ad uterum Virginis terminatus fuit. Verbum Dei primo cepit esse in carne: ita in instanti, quo desinit prolatio verborum consecrationis, incipit esse primus Christus in Eucharistia: sic, ut ultimum instanti, quo verborum prolatio terminata est, sit primum instanti, in quo est in sacramento corpus Christi, ratio autem ex S. Thom. citata quest. 75. art. 7. quare conversio fiat in instanti, est. Primo: Quia substantia corporis Christi, ad quam terminatur, non suscipitur magis, neque minus. Secundo: Quia in hac conversione non est aliquid subiectum, quod successe præparatur. Tertio: Quia agit Deus virtute infinita.

XXXVI. Quæres: An proprie dici possit: Ex pane sit corpus Christi.

Respondetur ex S. Thom. sæpe laudato, art. 8. Primo: Possit vere, ac proprie dici: Ex pane sit corpus Christi. Quia ly ex dicit ordinem, quo unum post aliud fit; sicut ex non ante in creatione fit ens, ex aere per generationem fit ignis; sed post panem fit corpus Christi; ergo &c. Secundo: Non potest dici: Panis potest esse corpus Christi. Quia ly potest designat aliquid commune subiectum, quod possit esse sub utroque; ut cum dicitur: Album potest esse nigrum, indicatur subiectum, quod est sub albedine, posse esse sub nigredine. In conversatione autem, qua tota substantia panis transit in corpus Christi, nullum est commune subiectum, neque sit per potentiam passivam creature, sed per solum potentiam activam Creatoris. Tertio: Nec potest proprie dici: Ex pane sit corpus Christi, quia propositio de designat causam consequentialem; que consequentialem extremam in transmutationibus naturalibus attenditur penes convenientiam in subiecto. Sic, nec proprie dici potest: Panis erit, aut sit corpus Christi. Quia in hac conversatione nullum est commune subiectum, ratione cuius possit verificari; sicut ratione eius verificatur hæc: Album erit nigrum: Album sit nigrum. Quia tamen in hoc sacramento facta conversio aliquid idem manet, nempe, accidentia panis, secundum aliquam similitudinem quædam prædictarum locutionum possunt concedi, scilicet: quod panis sit, vel erit corpus Christi, vel de pane fit corpus Christi; ut nomine panis non intelligatur substantia panis, sed in universaliter hoc, quod sub speciebus panis continetur, sub quibus prius continebatur substantia panis, & postea corpus Christi. Ita fere de verbo ad verbum S. Thom. qui videndus est etiam ibi in responsionibus ad opposita argumenta.

ne, & tamen non ubiqueque est anima, est caput; anima enim est in pede, & tamen ibi non est caput; & similiter Verbum divinum est unum humanitati; & tamen non est ubiqueque est Verbum, ibi etiam sic humanitas. Debet ergo ita esse alteri unum, ut exeat illud habere habitum esse; sic enim caput humanitas ita unum anime, ut exeat anima habere ubiqueque caput est. Et hoc modo corpus Christi est unum Verbo, ut exeat illud habere ubiqueque Christi corpus est. Quare ad probandum, totum Christum esse sub utraque specie, debet esse affirmari. Cum aliquid unum ita alteri, ut exeat illud habere ubiqueque est; si aliquid unum ita alteri, debet illud aliquid fecum deferre, ac ibi habere; sed corpus Christi ita unum anime, sanguini, ac divinitati, ut manente unione, debeat ea habere ubiqueque Christi corpus est, ergo &c.

VII. Quod si queratur: Quid veniat nomine corporis, quod ponitur in sacramento vi verborum?

Respondetur, quod nomine corporis, quod ponitur in verbis consecrationis panis, intelligitur corpus humanum Christi confans ex canibus, & ossibus, aliisque potentis organicis; abstrahendo ab hoc, quod fit corpus vivum constitutum per animam, vel corpus mortuum constitutum per formam cadavericam, quae est constitutiva corporis mortui. Unde corpus Christi existens, sive vivo, sive mortuo, adhuc verificaretur verba consecrationis; & proinde ratio vivi, vel mortui non ponitur ex vi verborum, & per se, sed solum ratione naturalis concomitantiae: quia nimirum modo corpus Christi est vivum. Ceterum si in triduo, quo fuit mortuum, consecrata fuisset Eucharistia, postquam ibi fuisset Christi corpus non vivum, sed mortuum.

VIII. Quod si iterum queratur: An ex vi verborum ponatur corpus Christi cum sua quantitate; an vero quantitas in sacramento ponatur solum per concomitantiam?

Certum est, corpus Christi (idem dico de sanguine) esse in Eucharistia cum sua quantitate. Nam singulae corporis Christi partes in Eucharistia sunt extra se invicem; aliquam nullam esse membrorum inter se invicem distinctio, sed mera confusio, ac proinde nec caput; nec brachia, nec pedes remanent, siquae nec corpus humanum, ac demum nec Christi.

Ad quantum non defunt qui velint, quod cum quantitas de ratione corporis humani, & organizati, sicut per se, & ex vi verborum ponatur corpus; ita etiam ejus quantitas per se ponatur.

Verum S. Thomas, hac *quest. 76. art. 4.* aliter, quantitatem corporis Christi non esse in hoc sacramento ex vi verborum. Licet enim quantitas sit de substantia corporis humani, & organizati secundum modum, quo absolute, & in se est; non tamen corporis, ut in hoc sacramento ponitur: Ex vi enim sacramenti (inquit S. Thom.) est in hoc sacramento illud, in quod directe conversio terminatur. Corporis autem, quo fit in hoc sacramento, *directa terminatur ad substantiam corporis, non autem ad quantitatem ejus: quod patet ex hoc, quod quantitas dimensiva panis remanet, facta consecratione, sola substantia panis transiit. Quia tamen substantia corporis Christi realiter non dividitur a sua quantitate dimensiva, & ad alios accidentibus inde est, quod ex vi realis concomitantiae est in hoc sacramento quantitas dimensiva corporis Christi, & omnia accidentia ejus.*

S. II.

An Christus sit totus in totis speciebus, & totus in qualibet parte?

IX. Certum est secundum fidem, quod si facta consecratione panis, frangantur, & dividantur species panis, facta divisione, totus Christus sub singulis speciebus separatis continetur. Ita ex Florentino in Decret. pro instructione Armen. & Tridentino, *sess. 13. Can. 3.* dicente: *Si quis negaverit, in venerabili sacramento Eucharistia, sub unguaque specie, & sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit.* Quae veritas ex ipso facto Christi probatur. Nam, ut habetur *Luc. 22. v. 17.* ubi calicem consecratum tradidit Apostolus dicens: *Accipite, & dividite inter vos, Apostoli autem sub qualibet earum specierum parte totum Christum sumperunt.*

X. Dubium est ergo: an etiam cum hostia consecrata est continua, & nondum divisa in partes, totus Christus sit in tota hostia, & totus in qualibet hostiae parte: an potius totus in tota hostia, & pars in parte. Sicut quidam dicunt (ait S. Thom. hac *q. 76. art. 3.*) *possent exemplum in imagine, qua apparet in speculo, qua apparet una in speculo integro, in speculo autem fracto apparet singula in singulis partibus. Quod quidem non est omnino simile. Quia multiplicatio hujusmodi imaginum accidit in speculo fracto, propter diversas reflexiones ad diversas partes speculi. Sic autem non est in una consecratione, propter quam corpus Christi est in hoc sacramento. Quapropter.*

XI. Dico cum eodem S. Doctore ibi. Quod Christus est totus in tota hostia, & totus in qualibet parte hostiae, etiam cum hostia est continua, & nondum divisa in partes. Probat ratione eisdem. Corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiae, id est, per modum quo substantia est sub dimensionibus: non autem per modum dimensionum, id est, non per modum illum, quo quantitas dimensiva alterius corporis est sub quantitate dimensionum loci. Atqui Natura substantiae tota est sub qualibet parte dimensionum, sub quibus continetur. Sicut sub qualibet parte aeris est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis, & hoc indifferenter, sive sint dimen-

mensurae autem divisa (sicut cum aer dividitur, vel panis frangitur) vel etiam sine actu indivisa, dividitque vera potentia, ergo totus Christus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manens, & non solum cum frangitur.

XII. Secundo probatur. Ex dictis de fide est, quod cum hostia consecrata dividitur; totus Christus est in singulis partibus separatis; ergo etiam ante divisionem totus erat in singulis partibus. Conf. prob. Quia per divisionem Christus non mutatur, nec acquirit novam praesentiam, aut unionem, quam prius non habebat; hanc enim solum acquirit per conversionem, hinc etiam cum species vini consecrati in duobus calicibus conjunguntur in uno calice, nulla pars specierum amittit praesentiam Christi: sed ante Christus erat totus in singulis partibus separatis; ergo totus remanet in eisdem factis continuus.

XIII. Tertio. Vix potest percipi, quomodo Christus sit divisibiliter in hostia totus, & pars in singulis partibus: Primo: quo enim pacto divisa hostia in particulis minimis, corpus Christi ita quasi condenseretur, ut esset totus divisibiliter in ea minima particula? Quo pacto, si consecraretur hostia maxima, Christi corpus rareficeret, ut esset divisibiliter in illa tota hostia? Quo pacto, si consecraretur hostia longissima, & subtilissima ad modum filii, corpus Christi dividit extenderetur in figuram filii? Debet certe corpus Christi multis modis alterari contra ejus impassibilitatem.

XIV. Obijciunt tamen primo. Corpus majaris quantitatis non potest contineri sub minoris quantitatis mensura: sed mensura panis, & vini consecrati multo minor est; quam propria mensura corporis Christi: ergo &c.

XV. Respondetur, dist. maj. Si corpus ibi continetur ratione dimensionum; conc. maj. Si ibi continetur ad modum substantiae, nego maj. Respondit est S. Thom. hac, *q. 76. art. 1. ad 3.* Nam substantia corporis Christi, vel sanguinis, est sub hoc sacramento ex vi sacramenti; non autem dimensiones corporis, vel sanguinis Christi. Unde patet, quod corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiae, & non per modum quantitatis. Propria autem qualitas substantiae distinguitur indifferenter in parva, vel magna quantitate; sicut tota natura aeris in parvo, vel magno aere, & tota natura hominis in parvo, vel magno homine. Unde & tota substantia corporis, & sanguinis Christi continetur in hoc sacramento post consecrationem, sicut ante consecrationem, continetur ibi tota substantia panis, & vini.

XVI. Hoc exemplis explicari potest. Primo: Anima nostra tota est in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, & ita magna in solo digito, sicut in toto corpore; ita magna in corpore infantis, sicut in corpore gigantis; nec propter corporis augmentum, vel diminutionem, aut allicuius membri mutilationem, anima augetur, minuitur, vel truncatur; sed remanet semper eadem tota in toto, & tota in qualibet parte. Secundo: Lingua, & laeva turis tota comprehenditur, & realiter intentionaliter est in tam parvo oculo; alioquin non posset per appetitum de illius longitudine, latitudine, & grosseitate judicare, quod est contra experientiam. Sic dicit potest de uno monte, de Sale, & Carbo, & aliis: quorum quantitas, cum sit quasi immensa; ab oculo tam parvo capitur, & in eo continetur intentionaliter; quia in eo non est secundum quantitatem. Cur ergo non poterit tota corporis Christi quantitas sacramentaliter capi a parte minima hostiae, cum in ea non sit ad modum quantitatis, sed ad modum substantiae? Hec ex Venerabili Basilio supra *h. hujus q. 76. ad 3.* Adverte tamen cum S. Th. *Opus. 59. a. 1. ad eodem Proretha* relato: haec, & similia, ex humanis accepta, translata ad Mystra fidei nimium elucidare. Unde idem S. Th. ibi, *ad 2.* ait: non debet aliquis de his rebus assumere materiam, vel occasionem elationis, vel erroris, cum protestati fuerimus, superascripimus propositio nostro ita adaptari; quod in ipsorum similitudine, & proprietate comparatione, multiplex dissimilitudo, & improprietas invenitur. Videat Studiosus S. Thom. *res. illo Opusculo.*

XVII. Obijciunt secundo. Non potest capi, quomodo singulae partes humani corporis extense, & extra se invicem posita, sub minima panis quantitate continentur; quia extenso altam expellit, ne eundem locum occupare queat: sed partes corporis Christi extense sunt, & quantitate; ergo &c.

XVIII. Respondetur, maj. esse veram, quanda corpus est in loco ratione extensionis. Tunc enim est in loco divisibiliter, totum, nempe, in toto, & pars in parte, secus autem quando est in aliquo ad modum, quo substantia est sub accidentibus, quo modo corpus Christi est in hoc sacramento, ut dictum est. Unde S. Thom. *q. 76. citata, art. 3. ad 2. illa* (inquit) *determinata distantia partium in corpore organico fundatur super quantitate dimensionum ipsius: ipsa autem natura substantiae praedicte etiam quantitate dimensionum. Et ideo, quia conversio substantiae panis, directo terminatur ad substantiam corporis Christi; secundum cujus modum proprie, & directo est in hoc sacramento corpus Christi: talis distantia partium est quidem in ipso corpore Christi vero; sed non secundum hanc distantiam comparatur ad hoc sacramentum, sed secundum modum substantiae.*

XIX. Obijciunt tertio. Si totus Christus esset sub singulis partibus specierum; cum he sint minores, & minores in infinitum deberet esse totus sub infinitis partibus; & proinde infinitus esset in hoc sacramento; & infinitis unionibus talibus partibus, ac speciebus uniretur.

Urgetur. Debet Christus esse quoque sub indivisibilibus: sed cum species dividuntur, loco indivisibilium continuativorum, resultant indivisibilia terminativa, ut docent physici; ergo sine

sine nova consecratione, inciperet esse de novo sub talibus indivisibilibus terminativa, quod est absurdum.

XX. Respondetur, neg. maj. cum S. Th. hac *q. 76. a. 3. ad 1.* Nam Numerus sequitur divisionem. Et ideo, quandiu quantitas manet indivisa actu, neque substantia alteratur vel est pluribus sub dimensionibus propriis, neque corpus Christi sub dimensionibus panis, & per consequens neque spiritus, sed totus, in quo partes dividitur. — Adde ex eodem S. Thom. *Opus. 59. c. 6.* quod licet sub qualibet parte sensibili hostia servetur perfectio tota essentia Christi; non tamen propter hoc debet dici inspicitur ibi esse: quia licet concinuum sit indivisibile in totum, secundum partes aliquas, non tamen secundum partes infinitas, secundum philosophum, in ibi, de anima, bene potest dividi in partes in minutas, quod in eis non remanet ratio carnis: & panis, & vinum similiter, & sub talibus partibus corpus Christi non remaneret, nisi videlicet esset partes ita sensibiles, quod in eis partes, & vini ratio essentia posse conservari.

XXI. Ad id, quod arguitur, addito tunc, Nam sicut substantia panis, & vini facta divisione, abique nova generatione incipit esse sub indivisibilibus terminativa, sed quibus licet non esset prius actu, erat tamen potentia: ita substantia Corporis Christi abique nova conservatione, facta divisione specierum, incipit esse sub indivisibilibus terminativa: est enim sub speciebus consecratis panis, vel vini eo modo, quo prius erat substantia uniusque. Haec dicta sunt, ut appareat, doctrinam fidei, philosophica non esse contrariam. Ceterum si forte (inquit S. Th. *Opus. 59. c. 6. citato*) videretur aliter istud, quod dicitur de corpore Christi, non esse sibi posse intelligibile: quomodo scilicet posse esse in diversis locis, vel aliquid aliud de spaciis, attendat, quod dicitur Joan. Damasc. Quomodo sit istud, dicitur Virgo, quia vinum non cognoscit? Qui respondit Angelus: Spiritus Sanctus superveniens in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et tunc ex interrogat, quales partes sit corpus Christi, & vinum, & aqua sanguis? Dico tibi, & ego, Spiritus Sanctus superveniens tibi, & hac facit, qui sunt supernaturam, & supra intelligentiam. Sufficere debet tibi exemplum de Beata Virgine, quae per hanc, quam verbis Angeli adhibuit, Dei Filium concepit.

S. III.

An Corpus Christi sit in hoc Sacramento sicut in loco, & an sit immobiliter.

XXII. Ad primum Quaesitum respondeo cum S. Thom. hac *q. 76. art. 5. negativè.* Dum enim contingat aliquid posse simul esse alibi: vel circumscriptive, nempe, per comprehensionem propriae quantitatis ad quantitatem loci: Corpus autem Christi (inquit S. Th. citatus ad 1.) non est in hoc sacramento definitivo, quia sic non esse alibi, quam in hoc altari: ubi consistit hoc sacramentum; cum tamen sit, & in Calce in propria specie; & in multis aliis altariis sub specie sacramenti: similiter etiam patet, quod non est in hoc sacramento circumscriptive: quia non est ibi secundum comprehensionem propriae quantitatis, id est non ad modum, quo corpus quantum est in loco, sed ad modum, quo substantia panis est sub suis accidentibus. — Quod autem non sit extra superficies sacramenti, nec in alia parte altaris: Non pertinet ad hoc, quod sit ibi definitivo, vel circumscriptive, sed ad hoc, quod incipit esse ibi per consecrationem, & conversionem panis, & vini.

XXIII. Neque dicas primo. Quod sicut substantia panis ratione suam dimensionem locat Realiter ibi: ita corpus Christi, loco ejus sub dimensionibus panis succedens, dici poterit esse in loco specierum. — Nam, ut ait S. Thom. citato *art. 5. in Corp.* similitudo valet quidem, quod sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiae: ita nec substantia corporis Christi. Non tamen substantia corporis Christi est subiectum illarum dimensionum, sicut erat substantia panis. Et ideo substantia panis, ratione suarum dimensionum, localiter erat ibi: quia comparabatur ad locum illius mediantibus propriis dimensionibus: substantia autem corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionibus alienis: ita quod a conversio dimensionum propria corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus substantiam, quod est contra rationem corporis loci.

XXIV. Nec dicas secundo. Locus specierum panis non est vacuum; ergo sicut prius replebatur a substantia panis, dum aderat, ita post repletur a substantia corporis Christi, quod in locum ejus succedit. — Respondetur enim cum S. Th. ibi, *ad 2. neg. conf.* Et enim Locus ille, in quo est corpus Christi non est vacuum: neque tamen proprie est repletus substantia corporis Christi, quod non est ibi localiter. Sed est repletus speciebus sacramentorum, quae habent repleti locum, vel proprie naturam dimensionum, vel saltem miraculose, sicut miraculose substantiae per modum substantiae.

XXV. Neque dicas tertio. Corpus Christi est in sacramento cum sua quantitate, & alius accidentibus: sed inter haec est localis extensio, & ubicatio in loco; ergo &c. — Nam respondet S. Thomas citatus ad 2. quod Accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, sicut supradictum est, per realem concomitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, quod sunt et in rebus. Est autem in loco est accidens per comparationem ad extrinsecum continens. Et ideo non oportet, quod Christus sit in hoc sacramento sicut in loco.

XXVI. Ad secundum Quaesitum respondeo cum S. Th. *q. 76. citata art. 6.* Christum per se loquendo esse immobiliter

in hoc sacramento. Probatur discursu S. Th. Christus secundum quod est in hoc sacramento, neque per se movetur secundum locum; cum non sit in hoc sacramento, ut in loco, ex jam dictis. Neque per se movetur quacumque alia mutatione: quia Christus de se habet esse indelicentis, & incorruptibile, secundum illud Rom. 6. v. 9. *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur.*

Ratione tamen specierum, sub quibus sacramentaliter est, potest per accidens moveri. Tum secundum locum, ad motum enim specierum dici potest, per accidens corpus Christi sub illis contentum moveri; eo modo, quo anima movetur per accidens motu corpore. Non tamen movetur etiam per accidens ad motum specierum, eo modo, quo movetur homo per accidens ad motum vehiculi (ut observat S. Thom. *Opus. 11. art. 34.*) Nam aliter comparatur corpus Christi ad species sacramentales, quam aliter comparatur corpus Christi ad species sacramentales, quam aliter comparatur corpus Christi ad vehiculum. Concludit ergo S. Doct. quod *Et modo, quo convenit corpori Christi esse in loco ratione dimensionum sacramentalium, convenit sibi moveri in loco.* Et haec ratione Concl. Trident. *sess. 13. cap. 5. & Canon. 6.* dicit, Christum in processibus circumgestandum: quae circumgestatio, seu ad infirmos delata, non sine aliqua specie motus localis, saltem per accidens, fieri potest.

Tum etiam secundum mutationem: non quod Christus illo modo desinat esse in se; sed per hoc, quod dum species desinunt esse, aut corrumpuntur, Christus abique illis sui mutatione desinat esse in sacramento. Sicut Deus, cuius esse est indeficiens, & immortale, desinit esse in aliqua creatura corruptibili, per hoc, quod creatura corruptibilis desinit esse, ita S. Thom. & ad 3. dicit: quod Corpus Christi remanet in hoc sacramento, non solum in crastino, sed etiam in futuro, quousque species sacramentales manent; quibus cessantibus desinit esse corpus Christi sub eis: non quia ab eis dependeat, sed quia tollitur habitudo corporis Christi ad illas species: per quem modum Deus desinit esse Dominus creaturae desinentis.

S. IV.

An Corpus Christi, ut est in hoc Sacramento, possit Oculo corporali, aut Intellectuali percipi?

XXVII. Oculus duplex est, scilicet, corporalis proprie dictus; & intellectualis, qui per similitudinem oculi dicitur. Oculus corporalis, vel sumitur pro sensu externo, vel pro sensu interno, puta, pro imaginativa, vel pro oculo, ut in nobis, vel ut erit in corpore glorificato. Intellectualis oculus sumi potest, vel secundum sua naturalia, vel prout luminis supernaturalis confortatus hic in via per fidem, in Patria vero per lumen glorie. His praemis

XXVIII. Dico primo. Oculus corporeus five accipitur pro externo, five pro interno; five non glorificatus, five glorificatus, non potest videre, aut percipere corpus Christi, ut est in hoc sacramento. Ita S. Thom. hac *q. 76. art. 7.* & probat primo. Corpus visibile, ut videtur, debet per sua accidentia immutare medium; sed accidentia corporis Christi, ut sunt in hoc sacramento, non possunt immutare medium; sunt enim in hoc sacramento mediante substantia; ita scilicet, ut non habeant immediatam habitudinem, neque ad hoc sacramentum; neque ad corpora, quae ipsum circumstant: ergo &c. — Probat secundo, quod nec sensus internus possit videre. Nam corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiae; sed substantia ratione sui neque subjacet imaginationi, sed soli intellectui, cuius objectum est quod quid est, ut dicitur 3. de Anima, ergo &c.

XXIX. Dices tamen primo. Oculus non inter impeditur, ne videat corpus Christi in hoc sacramento existens; propter species sacramentales ipsum circumvelantes: sed oculis glorificatis impeditur non potest, quia corpora quaelibet videat, non obstante velamine ipsa tegente; ergo &c. — Secundo. Corpora glorificata erunt configurata corpori claritatis Christi, ut dicitur, *Philipp. 3.* sed oculis Christi videt se ipsum, ut est in hoc sacramento; ergo etiam oculis glorificatis.

XXX. Respondetur ad primum, ex S. Thom. *art. 7. citato, ad 1.* Quod oculus noster corporeus per species sacramentales impeditur a visione corporis Christi sub eis existentis, non solum per modum tegamenti (sicut impeditur videre id, quod est velatum quocumque corporali velamine) sed quia corpus Christi non habet habitudinem ad medium, quod circumstat hoc sacramentum, mediantibus propriis accidentibus, sed mediantibus speciebus sacramentalibus. Quod autem per propria accidentia non potest immutare medium, per se videtur non potest.

Ad secundum dico cum eodem S. Thom. *ibidem ad 2.* Quod oculus corporalis Christi videt se ipsum sub sacramento existentem, non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub sacramento; quod pertinet ad solum intellectum. Nec tamen est simile de alio oculo glorioso: quia etiam iste oculus Christi est sub hoc sacramento, in quo non conformatur ei alius oculus gloriosus.

XXXI. Dico secundo. Nec intellectus creatus quicumque sit, nisi lumine supernaturali perfundatur, five glorie, five fidei, potest percipere corpus Christi, ut in hoc sacramento existens. Probat ex Thom. *art. 7. citato.* Quia modus, quo corpus Christi est in hoc sacramento, est penitus supernaturalis: ergo non potest percipi nisi ab intellectu lumine supernaturali perfuso, vel claritatis participato, ut in Beatis; vel fidei, ut in nobis, quae cetera supernaturalia attingimus. Quare concludit S. Thomas. Nec etiam intellectus angelicus secundum sua naturalia sufficit ad hoc intendendum. Unde Demost. non possunt videre per intellectum Christum in hoc sacramento, nisi

est per se, cui non voluntarie assentitur: sed ad eum evan-

gentium signorum conveniunt, prout dicitur Jacobi 2. De-

mones credunt: & contemserunt.

XXXII. Quæstiones: An quando in hoc sacramento appareat

miraculose Caro, vel panis in ibi vere corpus Christi?

Respondet S. Th. Iudex q. 76. a. 8. dupliciter talem appari-

tionem contingere posse. Vel solum ex parte videndum,

quorum oculi tali immutatione immutantur, ac si expulsi vel

deveni ex parte carnis, vel sanguinis, vel panis, nulla ra-

tionem immutationis facta ex parte sacramenti. Et hoc quidem vi-

detur contingere, quando non videtur sub specie carnis, vel panis,

vel panis, sed per longum tempus ita permanere. Quinimo legitur,

hoc, quod sub specie carnis, vel sanguinis in sacramento appar-

uit, fuisse aservatum, & Episcoporum consilio in pixide

inclusum. In tali autem casu, vel immutatio, quæ in speciebus

sacramentalibus fit, est solum circa figuram, colorem, & aliæque

exteriora; ut videatur caro, vel panis, manentibus tamen di-

mensionibus panis, quæ prius erant, & quæ sunt fundamentum

aliorum accidentium: & tunc etiam manet corpus Christi

in hoc sacramento. Si vero tanta fieret mutatio, ut non

solum immutaretur figuram, colorem &c. sed etiam dimensio-

nes, quæ prius erant: tunc non manerent amplius species panis,

quibus solis manentibus Corpus Christi in hoc sacramen-

to est: & consequenter Christus ibi esse desineret.

DUBIUM IV.

An Species, quæ manent in Eucharistia, sint vera Accidentia Panis, & Vini?

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Ad explorandum fuit apud cunctumque scholæ Theolo-

gos, in sacramento Altaris, corpus, & sanguinem Christi sub accidentibus panis, & vini manere, ut oppositum

asserere proxime contrarium fidei, aut saltem temerarium iudicaverunt. Verum Philosophiæ (ut ajunt) modernæ profes-

nie duplex miraculum. Unum, quo formatur ille apparen-

tiæ, seu species; alterum, quo talibus apparetur datur vir-

tus, operatio cum omnibus proprietatibus panis: miracula autem

secundo fundamentum non sunt multiplicanda.

IV. Secundo proba. In Concilio Constantiensi, sess. 8. dicitur

quod accidit panis non remanere sub specie in sacramento Altaris, ergo quod

contradictoria, nempe illa: Accidentia panis remanent sub specie in sacramento Altaris, ad oppositum definita est. Quando

enim aliqua propositio ab Ecclesia damnatur, eius contradictoria

definitur. Sicut quando damnatur propositio asserens: Christum non esse realem in sacramento, eius opposita nempe

Christum esse realem in sacramento, definitur. Tunc sic

sed accidentia, quæ remanent sine subiecto sunt accidentia

realia sacramentalia, realiter a subiecto distincta, non me-

re predicabilia, & relativa a substantia indistincta, quæ sunt,

quæ ab Adversariis admittuntur; ergo &c.

Rursus, in eodem Concilio, sess. 15. dicitur hæc propositio

Joannis Hus, qui dicebat: quod non esse determinatum Ecclesie,

quod accidentia flarent in sacramento altaris sine subiecto.

Quæ dimisso confirmatur in Bulla Martini V. relata, sess. ultima ejusdem Concilii. Unde arguo sic: Concilium

damna id, quod Joannes Hus assererat: sed Hus, ut referunt eadem

Sessio, eodem modo loquebatur ac Recentiores: dicebat enim: Fingere accidere sine subiecto fore blasphemiam

in Deum, & illudare Ecclesie per verba accidentis: ergo damnavit asserentes, in Eucharistia non esse accidentia sine

subiecto.

V. Si dicatur, Concilium præfatum locutum fuisse, non absolute,

sed conditionate; nempe, supposita sententia Peripateticorum

admittentium realia accidentia;

Sane si hæc responsio admittatur: quam Ecclesie definitio

non eludet? Omnes scilicet Ecclesie definitiones poterunt

heretici ita interpretari, & sic eludere. Unde Abbas Joachim

ad definitionem Concilii Lateranensis, c. Firmiter, definitis,

Deum esse incorporatum, summe simpliciter, respondere

posuisset: Concilium locutum fuisse ex suppositione opinionis

peripateticæ de corpore distincto a spiritu, quod ipse negabat.

Et Ariani ad definitionem Concilii Niceni de consubstantialitate,

dicere posuissent, illam intelligi ex suppositione peripateticæ

opinionis de substantia. Unde Arius opponebat Catholicis,

quod illud nomen *homo* non ex Scriptura, sed ex Philosophia

erutum esset. Immo ita respondebat Wicleffus, ut eluderet

definitionem Constantiensem. Nam ut refert Waldensis,

Tom. 1. c. 76. dicebat: Si oportet, *filium credere ut solum*

*Catholicum*, quod in sacramento altaris sit accidentia sine subiecto,

& *Peripateticus*, & *Aristoteles* in hoc pernicissime laborant;

oportet in isto canonizare suas sententias.

VI. Tertio proba. Patres, qui contra Eutichianos disputa-

runt, supponebant, in Eucharistia remanere aliquid physicum,

& reale a Christi corpore distinctum: & non totum, quod erat,

fuisse in ipsum Christi corpus convertitum; & ex hoc principio

transiens, ut alia; cum non consistat in re, quæ permaneat,

sed quæ transeunte actione sensus, transiunt.

Et quo, secundo inferunt: hostia consecrata in pixide clausa,

vel alibi, ut adu a nemine videtur, ibi amplius non fore

corpus Christi: & consequenter hostiam in tabernaculo clausam

non esse adorandam, nec ante eam lampades accendendas.

Corpus enim Christi in Eucharistia tamdiu est, quamdiu

actu manent species panis: species autem panis, si sint

meræ apparitiones, seu motiones factæ in sensibus, non sunt,

nisi quando sensus adu moventur. Cum autem dum hostia est

clausa, ut adu non videtur, nulla fit motio in sensu; idem

dec. Unde etiam sequeretur, sacramento non esse, nisi quando

actu videtur; & sacramentum esse potius in sensibus videns;

immo & ipsum corpus Christi, quod est sub speciebus, esset

in oculo videns, in quo sunt species, potius quam in Altari:

immo & in oculo bruti, si brutum Eucharistiam videret.

Tertio inferunt: quod si species ex parte hostiæ consecrata

nilhil sunt, sed tantum in sensu, cum hostia consecrata in

partes frangitur, non franguntur species: quæ nil reale sunt,

sed frangitur ipsum Christi corpus: nil enim reale esset, in

quod cadere posset fractio: ac proinde ipsum Christi corpus

denique abstergeri, dilanari; quod in Capharnaüm ita verba

Christi intelligentibus Patres damnarunt, ut supra diximus.

Et est contra Paulum, 1. Cor. dicentem: Panis, quem frangimus,

nonne participatio corporis Domini est? Et c. 10. Sic de pane

illo edas, & de calice bibas. Quibus supponit Paulus, quod edere,

& frangere immediate, non esse corpus Christi, sed species panis.

Videant ergo Adversarii, si hæc a viris Catholicis admitti possunt.

S. II.

Aligua Adversariorum Objecta.

X. Pura, quæ a Modernis contra existentiam accidentium

in Eucharistia asseruntur, sunt philosophica, & ostendunt

esse impossibilia accidentia realiter a substantia distincta, ut a

Peripateticis asseruntur. Sed hæc Philosophis relinquimus.

Contra existentiam accidentium Eucharisticorum insurgunt.

Primo: Ex Conciliis habentur, in Eucharistia solum manere

species panis, & vini, ut ex Tridentino, sess. 13. can. 2. & 3. At

nomine speciei nil aliud proprie intelligitur, quam apprensus

similitudo, ut Ezechielis, 1. Danielis, 10. & alibi; ergo &c.

XI. Respondet primo, neg. maj. Ut enim supra vidimus, in

Concilio Constantiensi, sess. 8. & 18. contra Wicleff. & Joan. Hus

frangitur, facta consecratione manere accidentia sine subiecto,

& oppositum damnatur. — Secundo, nego min. Nam Concilium

Coloniense, p. 7. c. 15. Quod (inquit) panis, & vini species sunt,

S. III.

Aligua Resolvuntur.

Cum ex dictis in Eucharistia maneat vera accidentia panis,

& vini, de his quæri poterit primo: An maneat omnia.

Secundo: An maneat sine subiecto, & quomodo. Tertio: An

possint corrumpi. Quarto: An ex eis possit aliquid generari.

Quinto: An possint nutrire.

XVII. Circa primum dico. Remanere in Eucharistia omnia

propria accidentia panis, & vini, nempe, quantitatem, & omnes

qualitates, quæ substantiam panis, & vini efficiunt. Et ratio

est. Tum quia, non est major ratio de uno, ac de aliis. Tum

etiam: quia ex vi consecrationis sola substantia panis, & vini

converti debet, non vero aliquid accidentis: alias non esset

transubstantiatio tantum; sed etiam transaccidentiatio.

XVIII. Circa secundum dico. Accidentia in hoc sacramento

manere sine subiecto substantiali. Ita S. Th. 3. p. q. 77. art. 1.

tantia, sic, ut sub illis substantia panis, & vini conservari non possit: tunc corrupti dicantur, & sub iis desinet esse corpus Christi: cum tunc corpus, & sanguis Christi maneat sub speciebus panis, & vini, quamdiu harum substantia sub illis manent.

XXI. Circa quantum dico. Ex speciebus panis, & vini posse aliquid generari. Si enim corrupti possunt, ut vidimus, cum non redigantur in nihilum, ut patet, sequitur, quod ex eorum corruptione aliquid generetur: ut cum ex humidis panis speciebus generatur vermes: ex iisdem combustis superficies sunt cineres. — An autem tales productiones verae generationes sint? Quidam volunt, esse conversiones, quibus quantitates accidentium per miraculum convertuntur in substantiam vermis, cineris, aceti &c. Alii volunt, esse proprie generationes, per hoc, quod forma, puta vermis eductur, vel ex materia, quam corruptis speciebus Deus de novo creat, & in locum corporis Christi substituit: vel ex ipsa quantitate, cui in ipsa consecratione miraculose datur, ut sit primum substantiam subsequenti formatur, quod est proprium materiam. — *Et ideo quidam possunt generari ex materia panis, vel vini, si adsint, sicut potest generari ex materia quantitate dimensionum panis, vel vini: non quidem novo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti.* Ita sentit S. Thom. laudatus, *art. 5.*

XXII. Circa quantum dico. Species sacramentales vere nutritive. Assertio haec ex praecedenti sequitur, ait S. Thom. *art. 6.* Cibum enim nutrit, quia convertitur in substantiam nutritivam: at species sacramentales, ex aliis, converti possunt in substantiam aliam, quae ex eis generatur, puta, in cineres: cur ergo eadem ratione non poterint converti tamquam cibum corporalis in substantiam humani corporis? Videatur S. Thom. *q. 77. art. 6.*

DUBIUM V.

De Adoratione Eucharistiae debita.

S. I.

Quinam ad Adorationem debeat?

I. Corporealem Christi in Eucharistia praesentiam, quam asserimus, sequitur eisdem adoratio. Ita enim declaravit Tridentinum, *sess. 13. cap. 5.* & sub anathemate statuit, *can. 6.* Nunc qui eam negaverint videamus.

II. Gentiles, quibus confusa tantum, non aperta erat cognitio de fide Christianorum circa Eucharistiam, adorationem, quam ab illis exhiberi audebant, ipsis vertebant crimini, quod non in publico, ut pagani diis suis faciebant, sed clanculum cum exhiberent. Ita Maximus Madaurensis idololatra apud S. August. *ep. 43. modo 16.*

III. Philosophis Christi cultus in Eucharistia displicuit. Unde Averoes testatur quidem, sibi per omnibus scilicet placere Christianam: *Sed quoniam inquit apud Ephesum Christiani Deum suum, quem adorant, eam adorant, mortuarum animarum cum animabus philosophorum.*

IV. Aritani licet faterentur, Christum in Eucharistia realiter esse praesentem, quia tamen Christum creaturam putabant, eum ibi adorandum esse negabant. Vasa tamen sacra, & altaris suppliciles tanto in pretio habebant: ut Athanasium depositione multarint, quod calicem sacrum effregisse (licet falso) accusatus sit.

Nestoriani, item, qui de dominica incarnatione male sentierunt, Christum purum hominem, non substantialiter Deum asserentes, latric cultum Eucharistiae infensam sunt.

V. Donatiani cultum Eucharistiae denegasse quibusdam visum est: eo quod apud Optatum, *l. 2.* eam canibus projectisse legantur. Sed immerito: non enim Eucharistiam esse adorandum absolute negabant; sed eam tantum, quam Catholici confecerunt: putabant enim, nullum ab iis, qui extra suam sectam viverent, verum confici sacramentum. — Idem dico de Graecis Schismaticis. Licet enim aliquando nec asserere visum, dum ad agrotos Eucharistia a Latinis deportaretur; hoc non fuit; quia eam non esse adorandam censuerint: sed quia Eucharistiam a Latinis in azymo confectam, erronee putarent itanem, & nullam esse; quia secundum illos solus fermentatus panis est materia idonea Eucharistiae.

VI. Berengarius vero, Zuinglius, Calvinus, alique omnes Sacramentarii realem Christi praesentiam in Eucharistia hostes aperti, Catholicos tamquam idololatrias traduxerunt, & respective ad huc traducunt, quod Eucharistiam adorant. — Lutherus Eucharistiae adorationem primo indifferenter, deinde piam, & necessariam arbitratum est. Eam tamen tantum adorationem probavit, quae exhiberetur a consecratione ad communionem usque fidelium; quia toto illo tempore, & non alio, Christum in ea corporaliter esse praesentem docuit. Melancthon autem post Lutheri obitum, ut Eucharistiae adorationem tollerent, formavit, Christum non esse realiter praesentem in pane, sed in fidelibus tantum; & quidem dum Dresdeni, ann. 1561. firmata sententia apud Lutheranos ubique ferme servatur.

S. II.

Veritas Catholicorum.

VII. Dico. Eucharistiae debetur cultus, & adoratio latricae. Probo, Ubicumque substantialiter adest divinum Ver-

bum, illi debetur cultus latricae, sed Verbum in Eucharistia substantialiter, & modo specialiter est: ibi enim est substantialiter Christi corpus Verbo hypostatice unitum ut vidimus; ergo &c. Hinc Concilium Tridentinum, *sess. 13. art. 5.* cultum latricae, qui soli vero Deo debetur, Eucharistiae tribuendum hac ratione docet: quia ibi *illum eundem Deum praesentem esse se credimus, quem Pater aeternus introducit in orbem terrarum dicit: Et adorant eum omnes Angeli Dei. Quomodo Magi procedentes adoraverunt, quem denique in Galilea ab Aepholis adoratum fuisse Scriptura testatur.*

VIII. Hujus adorationis testimonium infallibile praebet perpetua utriusque Ecclesiae Orientalis, & Occidentalis praxis; quae semper, & ubique Eucharistiae consecratae adorationem exhibuit. Quod prioribus Ecclesiae seculis apud Ecclesiam Orientalem in usu fuisse testatur Chrysolomus, cum *Hom. 28. ad populum Antioch.* cum *Hom. 1. in Istan:* tum *lib. de Sacramentis, cap. 4.* quibus in locis inducit Angelos Sacrae Mentis venerabundis, adstantes: & hoc viderunt fide digniorum, quos viderunt, testimonio confirmat. Cui rei certe fidem Chrysolomus non praebuit, nec in sua Ecclesia Constantinopolitana credendum proposuisset, nec fideles hoc credidissent, immo de suo Praefule scandalum fuisse: si ob oculos eis poneret Angelos adorantes illi, quod scirent non esse adorandum. — Cyrillus Hierosolymit. *Cateches. Mystagogia 5.* jubet ut recipientes accedat *Præfule, & adorationem in modum.* — Nazianzenus, Oratione funebri in honorem germaniae suae Gorgonitae, eam inter alia celebrat, quod cum fide totam altari procumbere solita fuisset: *Isquam qui super ipso honoratum cum ingenti clamore invocasse.* — Theodoretus eam, *Dialogo 2.* quem *Inconsensus infestissimus*, ait: *Symbola mystica* (id est species sacramentales)... *intelliguntur esse ea, quae facta sunt, & adorantur.*

Sed nedum praefici, verum & hodiernis temporibus Graecos Eucharistiae cultum latricae exhibere, constat ex eo, quod diebus solemnibus Chrysolomii liturgia utuntur: in qua observare se et Sacerdotes, & Diaconum capitibus in terram inclinatis tremenda haec mysteria sepius adorare, & praescribere fidelibus, ut idem faciant. Et ut superius diximus Sacerdotes Graeci, prolatis verbis, *Hic est corpus meum*, hostiam populo exhibent adorandum.

IX. Pro Ecclesia aetate Occidentali, prioribus seculis cultu latricae Eucharistiae adori a fidelibus consuevit, testatur S. Ambrosius, *lib. 3. de Spiritu Sancto, cap. 12.* Qui in hac Psalmi verba: *Adorate scabellum pedum ejus*, hac habet: *Inquit per scabellum terra intelligitur: per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in Myseriis adoramus: & quam Apostoli in Domino Jesu adorantur.* S. item August. *Epist. 120. modo 140. ad Honoratum de gratia novi Testamenti*, super illa verba: *Manducaverunt, & adoraverunt omnes digitos terra*, quae ab Ambrosio acceptae, docens: *Ipsi quoque* (ait *cap. 27. de divitiis superius*) *addiderunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore, & sanguine ejus: sed adorant tantum, non etiam faculantur, quia non imitantur.* Et in *Psalm. 98. Nemo inquit illam carnem manducavit, nisi prius adoraverit.* Hoc idem confirmant ubique omnes Latine, etiam veteres, quibus sacra dona, ubi consecrata fuerint, fidelibus adoranda proponuntur.

X. Nec dicat Lutheranus, haec omnia intelligi debere de Eucharistia, tunc in usu, sive a consecratione, usque ad communionem: five enim est adoranda, non autem post. — Nam hoc Dabio sequenti, solum esse attendimus; unde proferuntur sita Tridentino *sess. 13. can. 5.* his verbis: *Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistia Sacramento non esse corpus, & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante, vel post: & in hostiam, seu peractam consecratam, quae post communionem reservatur, vel superflua, non remanere verum corpus Domini: anathema sit.*

S. III.

Sacramentarium Objecta.

XI. Obijciunt primo, Christum usum quidem Eucharistiae praecipit dicens: *Hic facite in meam commemorationem*; adorationem tamen non praecipit.

Rursus: Apostoli Eucharistiam a Christo confectam receperunt: eam tamen non adorantes, sed in laeva inclinat, & more Judaeo mensae accumbentes acceperunt.

XII. Respondeo, Christum expresse quidem adorationem Eucharistiae non praecipisse; eam tamen implicite voluisse, colligitur ex eo quod illis verbis: *Hic est corpus meum*, panem in suam carnem convertit fuisse illis indicat. Sciebant autem carnem Christi, quia substantialiter Verbo unitam, esse adorandum ubicumque esset: quamvis nec hoc expresse utrum quia Christus praeciperet.

Ad id quod addit, dico, ab externo fitu, quo ad Eucharistiam acceditur, non posse fieri argumentum. Cum Eucharistia fidelibus modo in genua prostratis, modo stantibus, modo etiam sedentibus, aut decubentibus porrecta fuerit pro temporum, ac rituum diversitate: cum semper omnes adorantes eam susceperint.

XIII. Obijciunt secundo, Cyrillus Alexandr. ut idololatram habuit Nestorium, quod humanitatem Christi adoraret, quamvis aliquomodo Verbo unitam; ergo idololatricae crimen erit adorare Eucharistiam, quamvis Christum continentem.

Respondeo neg. conf. Cyrillus enim idololatram habuit Nestorium, quia ex una parte Christi humanitatem dicebat esse suppositivam a Verbo distinctam, ac sola unione accidentali, &

affectiva ei unitam; & ex alia cultu latricae esse adorandum dicebat. Non tamen damnavit Catholicos, qui Corpus Christi realiter in Eucharistia existens, & suppositiviter unitum Verbo adorant. Caro enim Christi suppositiviter Verbo unita, ubicumque sit, adoranda est.

XIV. Sed dices. Catholicis nedum praecipitur adoratio corporis Christi, sed etiam adoratio sacramenti: sed sacramentum non supponit solum pro corpore Christi, sed pro speciebus panis & vini, quae quod creatum fuit, neque hypostatice Verbo unitae; ergo ab idololatria immunes non sunt. Maj. probatur ex Trident. *sess. 13. cap. 5.* dicente: *Nullus itaque dubitandi locus relinquatur, quin omnes Christi fideles, pro more in catholica Ecclesia semper recepto, latric cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione adhibeant.*

XV. Respondeo, dist. maj. Ultimo terminata ad sacramentum, ut signum est, neg. maj. Ultimo terminata ad rem signatam, & sub illo contentam, nempe, Christi corpus, conc. maj. Et in hoc sensu dicitur a Tridentino adorandum esse sacramentum cultu latricae, quia ut ibi subdit: *Illum eundem Deum praesentem credimus, quem Pater aeternus introducit in orbem terrarum dicit: Et adorant eum &c.* Sacramentum ergo, vel species sacramentales veneranda quidem sunt: sed cultu minorum, quo omnia sacramenta venerantur; verum tamen Deum, quem condidit, cultu latricae. Praestat haec declaratio S. Athanasii contra Arianos explicationem, *Epist. ad Adelphi.* proponit: *Non creaturam* (adorandum inquit) *absti.* in *Evangelio*, & *Arianos* istiusmodi delirium compescit: *sed Dominum verum creaturam incarnatum Dei Verbum adoramus.* Nam *tanquam caro ipsa per se pars sit verum creaturam: arcamen Dei corpus effecta est: neque hypostatice corpus solum discernitur a Verbo adorante profectum; neque Verbum adoratur, Verbum a carne longe seorsum: sed cum seorsum (ut dictum est) Verbum caro factum esse, hoc ipsum esse in carne postquam Deum agnoscerunt.* Ita Deum in carne adorant Catholicos, ita & nos Deum adoramus in Sacramento.

XVI. At replicabis. Adest solum idololatria periculum, ne dum quis coram pane consecrato procumbit, cultum referat, aut ad species, aut ad panem; si, ut voluit Lutherus, ibi cum Christi corpore adesse.

XVII. Respondeo nego ant. Scilicet enim Catholicos, cultum quem Eucharistiae exhibent, ad Christum, non ad species terminari: quae habent, sicut facie, quibus Christus in praesepio involvatur, & sicut vestes, quibus induebatur. Sicut ergo nemo Magos, qui Christum in praesepio adoraverunt, aut leprosum, qui veniens adorabat eum, dixerit, adorasse panem, aut facias, aut velles, sed Christum: sic Catholicos, Eucharistiam, seu Christum in Eucharistia adorans, non dicitur adorare species, sed Christum. Audiendus est Chrysolomus, in *1. ad Cor.* ubi, adducto Magorum exemplo, fideles hortatur, ut Christum fide speciebus panis, & vini latentem adorant: *Hoc corpus* (inquit) *in praesepio reverit fuit Magi, & viri barbari, longe itinere confecti, cum timore, & tremore plurimum adoraverunt.* *Invenimus ergo barbaros, nos Galileum civem.* Illi cum praesepio tantum, viderunt; summa cum reverentia, & honoris accessione. Tu vero id non in praesepio, sed in Altari: non mulierem, quae in ulnis tenetur, sed Sacerdotem praesentem, & Spiritum praebundum super praesepium diffusum sacrificio vides. Nec simpliciter, aut simpliciter, ut illi, corpus intueris; sed & ejus potentiam, & omnem cognoscis admihistrationem &c. Et Orat. de B. Philogonio: *Tu vero, ne brevis quidem spatium emetiri sustineas, ut hoc felici spectaculo profueris.* Nam si cum fide accesserimus, proculdubio vidimus cum in praesepio saecentem: *Hic fandum munda vitem exere praesepi.* Nam, & hic panem corpus Dominicum, non quidem factum, sicut tunc, sed undequaque Spiritu Sancto convulsitum. Qui mysterii iniciari sunt, intelligunt, quae dicuntur. Ita loquebatur quarto seculo, tamquam de re omnibus competita, Chrysolomus.

DUBIUM VI.

De Eucharistiae Reservatione.

S. I.

Resolutio Catholica.

I. Sacramentarii post Zuinglium, & Calvinum, Eucharistiam non magis reservari posse autumant, quam aquam Baptismi, seu quae confertur Baptismus, Lutherus, Melancthon, & alii, qui volunt in Eucharistia esse Christum tantum, vel a consecratione usque ad communionem, vel in actu solius communionis; peracto sacrificio, Eucharistiam non esse servandam contendunt: ideoque nec publice exponendam, nec ad agrotos deferendam, nec in processibus circumferendam. Contra hos gradum procedemus.

II. Dico. Eucharistia, peracto sacrificio, seu peracto consecratione: & usu, vero, ac pie reservari potest, ac reservari. Probo. Nam Scriptura nos docet, Eucharistiam independentem ab usu esse verum sacramentum: ergo ante usum, & post reservari potest. Ant. prob. Et instanti, quo Christus protulit haec verba: *Hic est corpus meum: Hic est sanguis meus*, eodem momento corpus, & sanguis Christi existere coepit sub speciebus aliquoquin, ut dictum est, Christi locutioni non fuisset vera; quippe quae asserit, corpus suum, & sanguinem esse, quod exhibebat; cum tamen ex Adversariis non fuissent, nisi postea cum Apostoli sumperunt.

Dicere autem cum Adversariis, Christum ea verba protulisse *Garsi Theol. Tom. III.*

se, dum actu Apostoli fumerent, inane est. Primo: nam Christus illis verbis invitavit Apollolos ad manducandum, & bibendum; quia ille cibum est corpus suum; ille potus est sanguis eius: quia ille cibum est illa particula enim: quam *Matth. cap. 26. ver. 28.* refert, dicens: *Hic est sanguis meus: ergo prius erat ille cibum Corpus, & ille potus Sanguis Domini, quem Apostoli manducarent, & biberent, & prius debuit a Domino explicari, quid esset, & ab Apostolis cognosci, ut scirent quid acciperent.* — Secundo: Apostoli ex eadem calice sanguinem biberunt, ac proinde alter post alterum; ergo necesse fuit, ut verba Evangelica fuerint prolata, antequam Apostoli biberent; ergo oportuit Christi sanguinem esse in calice, antequam hauriretur, alias Christi verba falsa fuissent. — Tertio: Panis Eucharisticus prius frangitur, quam manducetur: sed quando frangitur, est corpus Christi: ergo est corpus Christi antequam manducetur. Min. prob. ex Apostolo, *1. Cor. 10. v. 16.* *Calix, cui benedicimus, novum communicatio sanguinis Christi est: Et panis, quem frangimus, novum participatio corporis Domini est?* Altas non diceret, sed *est, sed erit.*

III. Quae Concilium Tridentinum, *sess. 13. cap. 3.* docet, quod id in Eucharistia Excellentis, & singulari respicitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, ante quae illis actus: ac in Eucharistia ipse sanctificandi Auctor ante usum est. Non enim Eucharistiam de manu domini Apostoli susceperunt, cum vero tamen ipse asserimus, corpus suum esse, quod praebat. Et semper haec fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, veramque ejus sanguinem sub panis, & vini specie... existere. Hanc excellentiam Eucharistiae super reliqua sacramenta exponit Catechismus ejusdem Concilii, *Tit. de Euch. n. 9.* dicens: *Cetera sacramenta materia usu perficiuntur, dum scilicet alicui administrantur ea contingit: Baptismus enim sacramenti naturam tunc adipiscitur, cum re ipsa homo aqua abluatur. At vero ad Eucharistiae perfectionem factus est ipse materia consecratio: verum enim sacramentum esse non desinit, quamvis in picula asseratur.* Et S. Thom. *3. par. qu. 73. art. 1. ad 3.* *Potest* (inquit) *aliquid esse sacram dupliciter, scilicet absolute, & in ordine ad aliud. Haec autem est differentia inter Eucharistiam, & alia sacramenta habentia materiam sensibilem: quod Eucharistia continet aliquid sacrum absolute, scilicet, ipsam Christum: aqua vero Baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud, scilicet, virtutem ad sanctificandum...* Et ideo sacramentum Eucharistiae perficitur in ipsa consecratione materiae, alia vero sacramenta perficiuntur in applicatione materiae ad hominem sanctificandum. Si ergo hoc sacramentum materiae consecratione perficitur, sequitur, ipsum tali actione fieri; ut postquam illa facta est, sacramentum subsistat, ac permaneat etiam extra usum.

IV. Alterum pro Eucharistiae reservatione argumentum sumitur ex antiquissima Ecclesiae praxi, eam peracto sacrificio reservandi. Cujus testes sunt, & S. Iulianus secundo seculo fidei reservandi (Apost. 2. pro Christianis) morem fuisse, Geram Eucharistiam praesentibus distribuit, & ad absentes per Diaconos, ac Ministros perferri. S. Irenaeus Arch. Lugdunensis, *Epist. ad Vithorem Papam apud Euseb. lib. 5. Hist. cap. 24.* scribens, praedecessores suos a communione sui non recessisse Episcopos, qui luna 14. Pascha celebrabant, & ad eos Eucharistiam misisse. Eucharistiam servatam in templis, domum sportatam, ac reconditam, ut, fervente persecutione, ea fides quotidie resisterent, testis est Cyriacus tertio seculo, *lib. de lapsis.* Narrans: quod cum quaedam mulier arcam, in qua Eucharistia conservabatur manibus indignis ausa esset aperire, repente igne exorto exterita fuit. Et alter, qui & ipse macularius Sacrificii a Sacerdote peracti partem cum aliis ausus est latenter accipere; sanctum Domini edere, & condecreta non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit. Eam quoque a peregrinantibus deferri solitam in praesidium, colligitur ex Ambrosio, *Orat. funebri pro Satyro fratre.* De quo narrat, quod in naufragio constitutus, ab iniuriis divinum poposcit sacramentum: quo in oratio ligato, & oratio collo involuto, ita se in mare dejecit: nec ulla rabula requisita, cui supernatus se tueretur, sed solis fidei armis munitus, primus omnium servatus fuit ex undis, & incolatus ad Praefulem se praesentavit suum. Perantique etiam consuetudinis servandi in sacris aedibus Eucharistiam, sicut fuit Chrysolomus, in *prima ad Innocentium Epist.* narrans factum quorundam militum, qui locum, in quo Sancta condita servabantur ingressi, viderunt omnia, quae intus erant; quin & sanctissimum Christi sanguis, sicut in tali tumultu contingit, in praedictorum militum vestes effusus est. De Donatistis quoque refert Optatus *lib. 2. contra Parmen.* quod inventam in templis Eucharistiam, canibus projecterunt. Ex his ergo testimoniis apparet, modernos Sectarios Eucharistiam, extra usum, sacramentum esse negantes, utriusque auctoris Ecclesiae fidei contradicere; & proinde merito a Tridentino, *sess. 13. can. 4.* anathemate fuisse confixos.

S. II.

Sehariorum Momenta.

V. Primo obijciunt. Ex contextu Evangelii haberi, Christum in actuali manducatione verba protulisse. Nam, *Matth. 26.* legitur: *Accipit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, & deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: hic est corpus meum.* Quibus apparet, Christum protulisse verba post distributionem panis, quam immediate sequuta est comestio.

Respondeo, Evangelistas non semper fuisse sollicitos exprime

mare ordinem, quo res gesta est: quod hic eos fecisse appar-...

VI. Secundo obicit Calvinus. Sicut verba hęc, Marci 16. v. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit...

Respondet, nego consequens. Discrimen enim inter Eucharistiam, & Baptismum, ac reliqua sacramenta supra ex S. Thoma...

VII. Tertio obicit Melancthon. Christus voluit, corpus suum esse realiter in Eucharistia ad usum fidelium; ergo in eis non est nisi in actuali usu...

Respondet, nego. Si enim aliquid concluderet, probaret etiam, quod cum aquis Marę dulcedo collata est, ut populus Israel inde potaretur...

VIII. Quarto obicitur. Apud Veteres mos erat, ut hostia communio fidelium superfluitate consummeretur; & ad hoc advo-...

Hefychius autem expresse asserit, in altari reservatum fuisse Sanctum Sanctorum. Ait namque: Et locus sanctus Altaris, ibi enim Sanctus Sanctorum requiescit...

IX. Respondet, nego. Satis enim superius oppositum ostensum est. Dico, tamquam, persecutionem quidem tempore nil reservatum de Eucharistia fuisse in cœmeteriis, aut locis, quo Christiani conveniebant...

Hefychius autem expresse asserit, in altari reservatum fuisse Sanctum Sanctorum. Ait namque: Et locus sanctus Altaris, ibi enim Sanctus Sanctorum requiescit...

DUBIUM VII.

Aliqua ex dictis resolvuntur.

S. I.

De Eucharistia Delatione ad Egyp̄tos.

I. Dico. Sancta est consuetudo deferendi Eucharistiam ad absentes, præsertim ægrotos. Probo sic. Si Christi corpus realiter præsens sit in Eucharistia, ut contra Sacramen-

tatio ostensum est; si independenter ab usu, & etiam completo Sacrificio in ea permanet, ut contra Melancthonem, & Lutherum evincimus...

II. Illius moris fidem facit Justinus Martyr, in Apologia, quam anno 150. Antonino Imperatori pro Christianis obtulit. Ibi enim præfatum hunc morem sic describit: Distributio, communicatioque fit eorum, in quibus gratia adhuc sunt, cuius præsentis, absentibus autem per Diaconos mittitur...

S. II.

De Solemnitate Corporis Christi in Eucharistia.

III. Dico. Pie, ac religiose Urbanus Papa IV. festivitatem corporis Christi instituit. Supponit hoc, Urbanum IV. fuisse primum hujus festivitatis Auctorem. Nullum enim de hoc festo legitur editum decretum ante annum 1262, quo præfatus Urbanus, octavo Septembris, Bullam promulgavit, quam videre est, l. 3. Clementis, tit. 26. c. Unico de relig. & vener. sanctorum...

Est tamen ab Urbano IV. instituta fuerit hæc solemnitas, non obtinuit tamen usum universalem, nisi post Concilium Viennense, anno 1311, sub Clemente V. celebratum. Et nominam in Concilio Urbani IV. Constitutio fuit promulgata, & a Clemente in corpore Juris Canonici relata...

IV. Piam porro ac religiosam fuisse hujus festi institutionem producit momenta, quibus motus fuit Urbanus. Nimirum primo: gratitudinis debitum, quo omnes Catholici tenentur recollere immensam Christi charitatem, quam in Eucharistia institutione ostendit, ut indicant verba Bullæ. Secundo: ut victorie, quam Ecclesia uidecimo, & duodecimo seculo de hæreticis Berengarianis reportaverat, permanens aliquod signum remaneret...

V. Sed inquit Protestantes. Numquid sapientior fuit Urbanus prædecessoribus, qui ab initio Ecclesiæ nil de hoc festo cogitaverunt? At dicam ego. An sapientiores fuerunt Pseudoreformatores, qui festa, & alia perpetuo Ecclesiæ usu consecrata abrogarunt? Si hoc Urbano non licuit, nec licuit quarti sæculi Patribus festum Nativitatis Domini, aliique instituire, que initio Ecclesiæ instituta non fuerant...

S. III.

De Solemni Eucharistia Circumfatione.

VI. Dico. Solemnis Eucharistia in processionibus circumfatione pia est & religiosa. Contra hanc, tamquam idololatricam pompam, blaterare non cessant Calvinistæ, & Lutherani. Sed eorum murmur ex alio errore procedit. Nam Calvinistæ contendunt, Christum non esse corporaliter in Eucharistia præsentem, sed solum in figura: figuris autem, ac imaginibus omnem cultum denegant. Lutherani autem asserunt, Christum esse in Eucharistia præsentem, vel solum in usu, vel ad summum durante liturgia, & non post. Unde non mirum, si tamquam idololatricam traducunt, qui illam populo adorandum cum pompa solemniter circumfationem...

Catholici vero, qui fide credunt, hæc consecrationem, Christum esse in Eucharistia præsentem; ac sub speciebus vere manere etiam extra usum, & Sacrificium, non est dubium, quin

QUESTIO IV.

De Ministro, Subjecto, & Usu hujus Sacramenti.

Minister Eucharistia alius est consecrationis, seu consecrationis, alius puræ dispensationis. De primo agitur in Tract. de Eucharistia, ut sacrificium est. Hic ergo solum agemus de Ministro, penes quem fit Eucharistia jam consecrata dispensatio; sive tamquam ordinario, sive tamquam extraordinario dispensationis Ministro. Subjecti autem nomine intelligimus eum, cui Eucharistia potest ministrari, & quas dispositiones habere debeat, & tandem de iis que ejus usum concernunt.

DUBIUM I.

Quomodo sit Ordinarius Eucharistia Dispensator, & quomodo Extraordinarius.

S. I.

Minister Ordinarius.

I. Dico. Solum Episcopi, & Sacerdotes sunt ordinarii Eucharistia dispensandi Ministri. Probo ex S. Thom. 2. 2. q. 82. a. 3. Primo. Nam Sacerdos consecrat in persona Christi, ut dicitur est: Ipse autem Christus, sicut consecravit corpus suum in coena, ita & alius sumendum dedit. Ergo sicut ad Sacerdotem pertinet consecratio Corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundo. Quia Sacerdos constituitur minister inter Deum, & populum: Ergo sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerri: ita ad eum pertinet dona sanctificandi hominum populo tradere. Tertio. Quia in reverentiam divini sacramenti a nulla revocantur, nisi consecrata; unde & corporale, & calix consecratur, & similiter manus Sacerdotis ad tangendum hoc sacramentum; ergo nulli alii tangere licet, nisi necessitate, puta, si cadaver in terram, vel in alio necessitate casu.

II. Hinc Paulus, 1. Cor. 3. & 4. postquam de Episcopis, & Presbyteris, tamquam de Christi Ministris, qui per illos operatur, locutus fuit v. 1. ait: Sic nos existime homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Licet autem nomine mysteriorum Dei omnia sacramenta possint intelligi præcipue tamen venit Eucharistia, que inter cetera Mysteriorum nomen, & rem sibi vindicat.

III. Merito igitur Tridentinum, Sess. 13. c. 8. Semper (inquit) in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici a Sacerdotibus communicandis acciperent; Sacerdotes autem celebrantes se ipsos communicarent. Qui mos tamquam ex traditione Apostolica descendens iure, ac merito retinendus est. Et Sess. 23. c. 1. docet a Domino Salvatore Apostolice, eorumque successores in Sacerdotibus potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus, & sanguinem suum. Sicut ergo ex Christi institutione, & præsertim divino jure solis Sacerdotibus convenit potestas consecrandi, & offerendi ita & ministrandi corpus, & sanguinem Christi: solos enim Apostolos, & in eis Episcopos, & Sacerdotes alloquitur in coena, cum dicitur: Hec facite in meam commemorationem, quasi dixerit: quod ego feci consecratis, & distribuens corpus meum, & sanguinem vobis demandum est, ut factus erga alios: id est, ut corpus, & sanguinem meum consecratis, ac dispenseris.

IV. Si queratur: Cur Christus consecrare, & conferre soli Episcopo convenit; non autem soli Episcopo convenit Eucharistiam consecrare, & ministrare? Respondet cum S. Thom. q. 82. a. 1. citato ad 4. & a. 3. ad 8. rationem esse: quia per Eucharistiam perficitur homo secundum se per comparationem ad Christum. Et ideo ordinario jure eam consecrare, & ministrare convenit etiam Sacerdoti; quia ex vi Ordinis habet potestatem supra corpus Christi verum; per Christificationem autem, & Ordinem perficitur homo per comparationem ad alios, seu ad corpus Christi mysticum: perfectionem autem, quibus homo perficitur per comparationem ad alios, Episcopo reservatur.

S. II.

Minister Extraordinarius.

V. Dico primo. Diaconi quondam tum in Ecclesia Græca, tum in Latina, tamquam extraordinarii Ministri Eucharistiam dispensant. Nam constat ex Traditione, septem Diaconos, quos Apostoli Act. 6. constituerunt ministrare mensis, præpositos fuisse vice Apostolorum Eucharistia mediis in convivio ministrande, quia hoc officio a munere prædicandi Verbum Dei Apostoli impeditantur, ut habetur in libro dem v. 2. Morem hunc continuasse apud Græcos, testatur Justinus Martyr, Apolog. 1. pro Christianis, ubi de Eucharistia, ait: Absentibus autem, per Diaconos ministrari. Item inveniuntur quarto seculo Nicæni in Can. 18. ubi prohibetur quidem Diaconis, ne Eucharistiam portigent Presbyteris; & præcipitur Diaconis accipiant: sed cum eis non prohibetur in absentia Presbyterorum corpus Domini laicis, illisque inferioribus dispensare; credendum est, hunc morem Concilium non improbasse.

VI. Hanc fuisse etiam in Ecclesia Occidentali consuetudinem colligitur. Tum ex l. 8. Constit. que S. Clementi Papa tribuntur, c. 28. ubi hæc legitur: Oblatione vero ab Episcopo

pie ac religiose se gerant: cum Christus, ubicumque præsentissimè est, adorandus sit.

VII. Solemnis hujus circumfationis originem detegere difficile est. De tali consuetudine Gregorius Turonensis Gregorio magno corvum aliquid indicat, l. 1. de gloria Mart. c. 88. Narrans factum cuiusdam Diaconi, qui cum Eucharistiam ferre cupisset ad osium Ecclesiæ, ingressus templum, ut eum altari superponeret, elapsa de manu ejus ferebatur in aera; & sic ad aram accedentes nunquam manus Diaconi assequi potuit, eo quod pulvis foret in conscientia. Aliquid etiam de hoc enutrit ex Can. 5. Synodi Bracarensis, habite post Gregorii Turonensis tempora, an. scilicet 674. ubi de antiqua consuetudine circumferendi non reliquias Martyrum, sed Eucharistia reliquias, quas vocat Arcam Dei, & divina Mystera, sermo habetur. Sed hæc nimis obscura sunt.

VIII. Putant aliqui, solemnitas hujus circumfationis institutionem fuisse eundem Urbanum IV. sed immerito. Nam in ejus Bulla, que incipit Transferta, mentio quidem fit de festivitate, & de indulgentiis concessis iis, qui horis Canonice intercedunt; nil tamen de Processionibus dicitur: & Augustinus Urbani suppares, de festivitate corporis Christi ab eo instituta locuti sunt, ac de Processionibus, nec verbum habuerunt. Contenti propterea alii, institutores fuisse, vel Martinum V. vel Eugenium IV. sed falso. Nam Martinus, & Eugenius de processione loquuntur quidem: ille in Bulla, que incipit: Insuper sacramentum, 26. Maii 1420. Ille in sua constitutione Excellentissimæ 26. Maii 1432. fed non tamquam de novo, & ab ipso in Ecclesia inventa.

XI. Verosimile ergo est, ritum illum post Urbanum, & ante Martinum, ac Eugenium tempora prius apud aliquos Ecclesiæ particulares, ex Episcoporum, & fidelium pietate fuisse introductum; quem, sensim aliz, & demum tota Occidentalis Ecclesia susceperit. Nec mirum. Ea enim, que ad disciplinam pertinent, aliquando a privatis Ecclesiis usurpata, promovente pietate, sine scriptis legibus aliquando apud omnes invaluerunt. Episcopus, l. 2. de Euch. conjicit, Processionis illius usum an. 1404. decem, plus minus ante Concil. Constantin. in Papæ Civitate cepisse: addens, Martinum V. in eo Concilio electum Indulgentias ab Urbano concessas pro festo, ad sequentes eodem die, & tota octava sacramenti extendisse. Hæc ex historia Mediolanensi, Auctore Donato Basso. Videatur Tridentinum, Sess. 13. c. 5. & Can. 6.

S. IV.

De Publica Eucharistia Expositione.

X. Dico. Pia, & religiosa est consuetudo, que modo viget apud omnes Occidentales, que venerabile sacramentum publice exponitur adorandum. Non enim nisi sancta esse potest consuetudo, que promovet cultum, & adorationem Christi Domini in eo existentis: que consuetudo suam debet originem processionis, que corpus Domini publice gestari corpus fuit. Antequam enim processio corporis Christi usui esse coepisset, nullibi legitur Eucharistia omnium oculis exposita fuisse: immo, Catechumens, & penitentibus fuisse subducendam omnem licet, quamvis illis Catechumenorum, & penitentium fuerunt in usu, subducuntur nimirum & templis discedere, antequam Nulla fidelium inchoaretur. Ipsi quoque fideles apud Græcos missam illam intuentur, nisi cum facta consecratione a Sacerdote proponitur adoranda. Quare apud Græcos, neque publica expositionis, neque processionis corporis Christi usui est. Publica ergo corporis Christi expositio in usu esse coepit, cum primo adhiberi coepissent tabernacula portatilia, vulgo Obsequia, que ante trecentos ab hinc annos in usu non fuisse, omnes conveniunt.

XI. Ad publicam Eucharistia expositionem non queritur causa, ficiens est: debet enim esse causa gravis ad publicum bonum pertinens. Unde S. Carolus in XI. sua Synodo Diocesana. Ne (inquit) quavis causa Eucharistia palam, & aperte proponatur, sed publica ratione, acque gravi: alii, vero de causis orationem licet instituire, sed non sacramentum aperte exponi. Idem in Synodo Provinciali Mediolanensi sub S. Pio V. c. 7. quoad corpus Christi Processionem his verbis: Sacrosancta Eucharistia pie, & utiliter ad populi devotionem interduci in publicis supplicationibus deservit: potissimum vero in festo sacro Christi corpori proprio consecrato, ejusque octava. Sed, ne nimia frequentia minus reverentiam, raris extra prædictam tempora id fiat; & non nisi in arduis causis pacis, aut publicæ necessitatis, in illis autem processionibus; ad quas populus non tam orandi, quam spectandi gratia confluere solet, abstinetur. In communibus autem supplicationibus circumferendi veteris reliquias Sanctorum: Ex his deducit prudens: an adeo frequentes, quales hinc temporibus obtinuerunt, Eucharistia expositiones, & circumfationes in majorem, minoremve cedant reverentiam sacramenti.

Quare Eucharistia publica expositio nominis fidei licentia Ordinarii fieri potest; neque a Regularibus ipsis etiam in eorum Ecclesiis, ut pluries decrevit S. Congregatio tum Episcoporum, & Regularium, tum Rituum. Cum enim talis expositio fiat ad convocandum populum, ut publice orat, ad Episcopum spectat publicas orationes indicere, & populum ad orandum convocare, ut docet Clericus, de Eucharistia. Dist. 60. n. 9. etc.